

46

46

οντος Κογιανού  
8. Galatians 3:10  
Whic: Joh 8

ΤΟΥ ΟΚΤΩ

ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ιησον.

κωνσταντίνου Αλεξαρνεού.

# I V D E X

R E V S.

XXXII

8

4

13

F

X C 52

XII

F

63

XII

Библіотека Литовской  
Духовной Семинари.

Зала

Шкафъ

Полка

Мѣсто 44-46.

Matth. 7.

Licet machæræ, se contra ensem tueri.

Troch. in Decret. curia.

Malè verum examinat omnis

Corruptus judex. Horat.



95479

I V D E X R E V S .  
Sive  
**R E S P O N S I O A P O -**  
L O G E T I C A .


P. CASIMIRI WIIVK KOIAŁOWICZ  
SOCIETATIS IESV.

Ad

**S E B A S T I A N U M**  
**G O E B E L L I U M**

Modos Concionandi à se Anno  
CICICLXIX. Editos

In Methodologia Homiletica dijudicantem.



Superiorum permisso.

LNAE Typis Acad: Soc: IESV Anno 1672.

Amo

66 (F) 66

**Q**VANDO nulli nocente calamo Modos  
Concionandi nuper à me editos ad Tri-  
bunal tuum ausus es vocare. *Sebastianus*  
*Gæbelli*; & nullo defensore, sententiam à te la-  
tam subire in prælo Lipsiensi compulsi sunt:  
jure, quo autor illorum sum, patrocinium inno-  
centiæ suscipio, & Te Reum Iudicij, Illegiti-  
mi, Iniqui, Inepti, coram orbe Eruditorum ago.

§. imus.

### GOEBELLIVS IVDEX ILLEGITIMVS.

**N**ON fuisti tam ignarus *Gæbelli*, ut nescires;  
quid servator mundi, compellatus, de divi-  
sione hæreditatis à nonnemine Lucæ 12. 14.  
responderit. *Homo quis me constituit iudicem*  
*super vos?* noluisti tamen esse, tam animi con-  
tinens, ne de hæreditate jam diuisa, non dico li-  
tem moveres, sed subsellia judiciaria, neq; ele-  
ctus, neq; vocatus, neq; suffragijs, neq; censu  
commendatus irrumpens, Dictatoriè deceræ-  
tes. O Abba de subrepta olim tiara! intellige;  
quām illegitimè egeris, cum Iudicem alienissimæ  
à te causæ indueres. Hæreditas mea doctrina  
mea est, sed ea, quæ siaceris antiquissimisq; fir-  
mata statutis, longè lateq; à doctrina Huselmanica,  
Carpzoviana, Drejeriana, Gerhardiana, Tua;  
ne Tui similitum divisa; suis gaudet limiribus,

fuis



10353

suis est secura iudicibus, Ambrosio, Augustino,  
Chrysostomo, cæterisq; Ecclesiæ Christi Docto-  
ribus. Tu autē quis es? aut quasi quis es? ut fædo  
enixus pedo, alienū invadas Tribunal, causas ex-  
teriorum cogas, sententiam feras, palam promul-  
ges? Scilicet arduum est, animum semel præci-  
pitē cohibere, & post calcata veterum sacra,  
virtutēmq;, à censura studiorum, disciplinæ vetu-  
stiori addiectorum abstinere. Placent novis nova;  
ingeniumq;, dum pariat (etsi quod fascit fun-  
gus, aut monstrum sit) verre perpetuo gaudere  
censemur; tam vero iudicio, quam veri iudices esse  
possunt, qui forum vi irrumptunt, ac nihil æqvum  
nisi, quod proprio sensui conforme sit, iniquissi-  
mè decernunt.

§ 2dus.

GOEBELLIVS IVDEX INIQVVS.

**A**Tque talem te quoque præbuisti Index Ab-  
ba, cum Pontificijs (vt vocas) conciona-  
toribus, sæpe perstrictis, eò quod textui, ea qua  
decet fidelitate, & curâ non inhærent. p. 26.  
sed in campum dicendi, textus prælecti occasione  
datum, iusto liberius excurrant, tandem contra  
me ejusdem culpæ, coram te accusatum p. 57.  
135. 139. 144. decreturus. Generale edictum  
stertoria voce pronuntiasti. Concionatores libe-  
ros, & ad nullum textum alligatos; ab Ecclesia  
modera-

*moderna exulare debere. Papæ Goebelli! Quo-*  
*modo te tanta sententiæ authoritas non oppressit!*  
*aut tanta sensus proprij laxitas, non intima tibi*  
*viscerum ligamina dissolvit? Errasti, cum nos*  
*Pontificios dices; Catholicorum nomine, olim*  
*ab omnibus sectis discretos: sed si gloriari oportet,*  
*in hoc quoquè nomine gloriabimur, cujus*  
*tu pariter gloriam rapere contendis, Tiarâ Ber-*  
*gensi, tuis insignibus præfixâ, munete utiq; vetu-*  
*sto Pontificum, non Tibi sed dignissimis, illisq;*  
*Catholicis antecessoribus, ac Abbatibus concele.*  
*At error hic, veniam ferat, illud verò te Iudicem*  
*Iniquum convincit. In causa communis sacerorum*  
*Oratorum, pro sensu privato decernere, Concio-*  
*nes ad textus fluxum & refluxum, gyrumq; per-*  
*petuum, omnino adstringere. Qui secus faxit,*  
*exilio multare. Pressistine cum hæc sanctiores, tu-*  
*morem cerebri, ne ventre diffueret? Certè ut id*  
*in posterum agas, si tuam salutem curas, svaserim*  
*amicus: at nunc; Cedo mihi tabulas! cedo tot*  
*sæculorum monumenta! Quis ille Rhetorum Iu-*  
*stinianus, tantis sæculis ignoratas leges, tulit? qui-*  
*bis digestis reclusit? quo corpore, orbi ignoto,*  
*tibi panno, cohibuit? Audisti ne Cyprianum, Am-*  
*brosum, Hyeronimum, Augustinum, Basilium,*  
*Nazianseum, Chrysostomum, Nissenum aliósq;*  
*sexcentos, primævos Apostolicæ prædicationis*

Magis

Magistros, eloquij Christiani fontes, purissimæ  
doctrinæ scaturiginæ, orbi universo cultos, sem-  
perq; colendos Oratores? Textuine illi semper,  
assumptam ad probandum propositionem inca-  
tenant? textum tantum versant, & reversant?  
textum pro meta habent? p. 10. textu tanquam  
cancellis coercentur? an id quidem nonnunquam  
agunt, sed nec infreque[n]ter, certa ex textu eli-  
cita, aut deducita propositione, præsertim si illa  
ad morum instructionem spectet, eam varijs scri-  
pturæ sacræ locis, tum rationibus, argumentatio-  
nibusq; perurgent? An & Prophetæ Apostoliq;  
textui semper inhædere? aut potius pro audienti-  
um exigentia, nunc verbo Dei proponendo, nunc  
persuadendæ, alicui veritati, aut falsitati dissua-  
dendæ institere? Actor. cap. 2. 7. 13. An senten-  
tia per textum ducta plus in animum Auditoris  
valeat, quam eadem extra textus recursum, per  
varia scripturæ edicta, comprobata? An illa sit  
verbum Dei, & non ista, quamvis utraq; revela-  
tioni divinæ innitatur? Quò ergo, hæc textus  
catena collo Concionatorio à te Gœbelli iniicitur?  
nisi quia sic Abbatii Bergensi placet, ut hic  
Index, tam ex æquo decernat, quam liberè contra  
veritatem à se quoq; pag. 9, agnitam, sancit.  
Latet interea anguis in herba. Textus nexum  
semper omnino requiris, ut Ecclesiastem, aucu-

C H A

pi

pio textūs occupatum, à studio persuadendi di-  
ctionem avertas, finemq; Orationis sacræ evertas.  
Nec diffiteri potes hunc tuum sensum, quem  
professus es pa. 21. assignando pro fine sacræ di-  
ctionis, informationem potius, quam persuasio-  
nem: quod equidem, sat ineptè dictum: quan-  
doquidem **Orator** Sacer, si Oratorem agit, etiam  
de quibus Auditorem informavit, persuadere ei-  
dem debet, ut non tantum credenda faciendaq;  
norit: sed etiam, ut quod credendum intelligit,  
persuasus ab Ecclesiaste credere velit: & quod  
intelligit faciendum, facere: nisi forte is sit, qui  
credenda credit, sed non agat agenda, tunc enim  
persuasioni agendorum instandum, non in per-  
suasorijs humanae sapientie ut moner apud te  
quoque D. Paulus, *Sed in demonstratione spiri-  
tus ac virtute*, quæ demonstratio, qualiter pos-  
sit consistere, cum persuasione Eloquentiæ, non  
illius tumidae fucōque verborum calamistratæ:  
sed solidæ, atque sapientiâ divinâ imbutæ, neque  
ramen artis subsidio destitutæ, discere potes à  
**Magno Augustino** lib. de doctr. Chri. 4. cap. 6.  
ex quo ut finem quoq; Oratoris eum esse, quem  
affero, tu vero enervare moliris cognoscas, au-  
sculta verba loquentis lib. eodem cap. 12. *Dixit  
quidam Eloquens & verè dixit, ita debere dice-  
re Eloquentem, ut daceat, ut delectet, ut flectat.*

Tum

Tum subdit. Docere necessitatis est, delectare  
svavitatis, flectere victoriae. Quia, rursus ait, fies-  
ri potest, ut quis doceatur, & delectetur, (ea tuam  
informationem) sed non assentiatur. Concludit  
tandem. Quid autem duo illa prosunt; Si desit  
hoc tertium? Videsne Gœbelli, quām procul  
distet finis Oratoris sacri, de quo illo libro se age-  
re Aug. profitetur cap. I. ab informatione à Te  
designata? Vides quām fistulam infles, ut volu-  
cres capias auceps, & textuum ex ingenio expli-  
catorum collusionibus occupatos, à sedula ani-  
morum excolendorum cura avertas? Age verò  
ultia, porrige dexteram, & amicum ineamus  
sermonem. Quæ obsecro ratio, quæ necessitas  
me coget, ut omnino ad textum refluam, si v. g.  
ex textu deducta propositione, de vigilantiae  
*Christianæ necessitate*, ratiocinationem illam  
Marci 13. contentam pertra&tem. Servi qui  
nesciunt adventū Domini sui, debent vigilare; nos  
necimus quando Dominus venturus sit & sumus  
servi. Ergo, debemus vigilare. Quæ pariter cau-  
sa id exiget? Si opera tenebrarum abiicienda. D.  
Paul. exemplo proponam, eiusdemq; argumen-  
to concludam. Die adveniente abiiciamus opor-  
ter opera tenebrarum: nunc dies appropinquavit.  
Igitur abiiciamus opera tenebrarum. Nunquid  
ratiocinationis utriusque, partes legitimè pertra-

Etat x

КНИГА

54

54

НД

**E**tatæ, rationibusq; ex sacra scriptura, tum ex locis Oratori sacro convenientibus sumptis confirmatae, ædificationi, & saluti audientium servitum, non construeat sermonem? an etiam si construant, & contento sermone, Orator Vigilantiam, fugamq; tenebrosorum operum perugeat, Oratoris Officio, propter neglectum recursum ad textum, functus non videbitur? Subsultas, & occlamas. **C**ivilem hunc, potius esse modum, quam Ecclesiasticum. Sed ne cum id loqueris, angularis rure Bergensi, cum Magister nuper tibi locutus, lib. 4. de doctr. Chris. cap. 20. & 25. hanc differendi artem, vocet, *Dissertationis disciplinam, q̄ ad omnia genera questionum, quæ in literis sacris sunt, penetranda, q̄ dissolvenda plurimum valere, non ut rationi subdatur, Fides, & Gratia, sed ut fidei, & gratiæ, humana pro suo posse, serviat ratio.* In medio posita est inquit idem pariter egregiè cap. 2do. facultas ei quij, quæ ad persuadenda seu prava, seu recta valeat plurimum. Cur igitur non bonorum studio comparetur, ut militer veritati, si eam mali, ad obtinendas perversas vanalj<sup>g</sup> causas, in usus iniquitatis & erroris usurpant. Ita est omnino, digna planè studio bonorum eloquentia, per quam sive sermone adnexo textui, sive ex textū visceribus profluo, ac inde liberaliori alveo fuso, veritas

tas Evangelica, virtusq; à Christo præcepta per-  
svadeatur. At ab Ecclesia, hoc dicendi, liberum  
genus exulare necesse. A qua? Modernâ inquis,  
Gœbelli. Modernâ? Quæ tandem illa? cur olim  
non visa? Quibus parentibus edita? quâm pridem  
nata? Didicit ne jam despumare nasum? dolare  
frontem, crispare capillos? an etiam choreas agit?  
oscula libat? filios de carne parit? o dich! Jungs  
Fraue/ noyam novorum procorum maritam! At  
*Iesus Christus ad Hæbr. 13. beri & hodie, ipse &*  
*in secula*, cuius gratiâ vivit, fide spirat, duratione  
stat, immutabilitate non mutatur Sancta Catho-  
lica Apostolica Romana Ecclesia, antiquissimis,  
usque firmissimis etiam doctrinæ Oratorię in-  
nixa fundamentis, quam si tibi liberam, adhuc  
vocitare placebit: dicam, liberam Matrem, libe-  
ra voce gaudere, filiosq; Agar, errantes revocan-  
do, arguendo impios, convincendo iafideles,  
victoriosa persuadendi Methodo persequi. Non  
enim erit bæres, filius ancillæ ad Gal. 14. cum fi-  
lio liberæ. I ergo, & tuas de textūs inevitabili gy-  
ro, sententias cude: ut faber iniqui de tuo sensu  
in me iudicij, ab orbe Eruditio moscaris.

§. 3rūs.

### GOEBELLIVS IVDEX INEPTVS.

CRescere hic deberet responsionis ardor, ex-  
citari aculeus, assurgere dictio: tum quia re-

cta

E C T Z

Etia ratio concludendi id exigit, tum quia tu Gœbelli mereris: facileq; rem præstarem, si te Falsum Iudicem concluderem. Falsò enim edicis p. 57. quæ disticta non sunt, à me distingui, falsò asseris, non omnes Modos integræ Concionis deservire, falsò decernis p. 59. subordinanda mutuò sibi opponi: verùm ut Tua verba referas p. 59. & abeas cum pace, hoc solum denuntio, te adeo in tuis decretis ineptissime, ut scholasticis risum moveres, ac mox, eosdem dicta intimè considerantes, sic accenderes, quod nisi intervenisset palmas incepto Iudici impoigerent. Ridebant scilicet Modum texendæ Orationis 36. Syllogisticum, 39. Enthymematicum, solis Exordijs, ad dictum. 35. & 37. item syllogisticum. 38. Enthymematicum, 40. per causas duclum, cum socijs suis, confirmationi sive deductioni tam al ligatum. 48. & 49. tum qui libeâ eadē continentur meræ Amplificationi adstrictos. Indignabantur autem, barbatum sophum, formas, Orationis versandæ nescire, quas pueri nossent, & negare ea, quæ ab oculos posita haberet, quamquam non ingloriè excusavit nonnemo, cum diceret. Plus Gœbellio dandum, quam ceteris hominibus, an numerandumq; dijs, qui manus haberent, & non palpabant, oculos gestarent, & non viderent. Verùm quicquid sit, de hujusmodi aliorum iudicij,

cijs, quid est obsecro ineptiarum? Modos aliquos  
Orationis, pagellis meis contentos, tanquam for-  
mā non differentes cōdemnare? Differunt omni-  
no, sed non formā Logicā Metaphysicāvē; at  
formā Oratoriā: ad quam quia mentem non  
sat reflexisti, imprudenter quoq; & ineptè ver-  
bis meis es abusus, p. 58. 25. quibus ego me non  
omnino spectasse series Generum & Specierum  
Logicarum professus sum; ut inde inferres, spe-  
cies Oratorias non spectatas: quas etiam, quia  
non singulas prosecutus sum; non ideo præcepta  
confudi: cum longè aliud sit, non omnem nucleo  
perfregisse; aliud nuces simul confudisse, ali-  
ud depromptos esse à Ludervaldis tibi colluden-  
tibus, in pretium Methodologiæ certos nummos;  
aliud totum æs illorum commixtum. Sed & il-  
lid an non ineptum? Syllogismum & Enthyme-  
ma sub Modo 36. & 39. in mancipia Exordio-  
rum detrusum, sub modo 35. 37. 38. in servitutem  
deductionum cogere. Deterge oculos, & suge  
Dialecticos, qui male feruant, eosdem modos, solis  
Exordijs, & non solis, quia mox ad confirmatio-  
nem quoq; relatis adjudicatos. Illi nituntur  
evincere contradictionem, ego solam prosequor  
ineptam rerum combinationem, qualis pluribus  
locis Tuæ Methodologiæ occurrit. Sed parco  
Tibi Ineptule, dum reddas rationem ob quam p.

3 ЕИБЛІОСТЕКІ

158. Partitionem, esse partem Orationis substantialem, distinctam omnino à cæteris partibus asserueris. Qui bene distingvit, bene docet, dixisti non malè p. 59. sed quod non malè dixisti, mox nugaciter corrupisti, ipsammet propositionē, per certa membra evolutius explicatam, à Propositione distingvendo. Impegisti pariter ad omnem profusum Orationem sacram, illam requirendo. Vide quām Partitionem non reprehendam, cum Te, illius usu conveniam; est tamen & simplex in promptu sermo, quo pro ratione exigentiae, Auditores suos illi pascunt, qui bonis viris, non multos bolos, sed bonum cibum porrigeret satiabantur. Asinorum refugium esto, perpetua partitione, & inopiae diserti sermonis, solidarūque rationum, frivolum supplementum. Partire Gœbelli, si res id petat, sermonem, verū planum quoq; Orationis iter, interdum ingredere, ut talis qualem te putas, Orator videaris. Quod ipsum ut certius obtineas, Homiliæ quoq; definitionem p. 9. propositam, necesse immutes, in qua studium & operam Oratoris sacri, pro differentia sermonis Concionatoriū requires, tam aptè res discernis, quām egregiè futorem à furore, diligentia, & ordine operis distingveres. Odisti Velielianos, & Enthusiastarum raptus; odi pariter tecum; at non ideo, quod sermo subito spiritu

coace-

conceptus homilia esse non possit: sed quia spi-  
ritus hujusmodi; incerti imò mendaces persæpe  
fuit. Cæterum quando tu assedisti Isaiæ; Iere-  
miae, Ezechieli, Stephano, alijsque Sanctissimis  
viris, ad diceadum coram populo, studiosè atq;  
certo ordine se disponentibus? quorum sermo-  
nes si sacros; si divinos, negaveris, non lapidibus  
Prophetarum; sed lapidibus boum Eccl. 22. di-  
gnus invenieris. At si isto calamum, nè cum

Ineptiente Ineptire censem, vale=  
re que Te jam, sicut potes, aut  
mereris, volo.



Монастырја